Allegationibus evasionibus, dilationibus verà vel simplici infirmitatibus motionibus appellationibus ac earum quibusvis prosequutionibus, alijs et diversum cunctis iuris remedijs et defensis legalibusque impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos successores illi abscribendo et abrenunciando sub amissione sua et suorum successorum totalis et integrae causae.

Wroblewski Demissio

Coram officio et actis praesentibus Castren. Capitan. Branscen. personaliter comparens nobilis Bartholomaeus olim Adami Sokolowski sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia nobili Adamo olim Ad. Wroblewskij affini suo obligationem suam in haereditate Wroble praefatis sibi recognoscenti per nobilem Felicianum olim Nicolai Wroblewskij in decem sexagenis polon. coram actis authenticis inscriptam cum omnimoda potestate eiusmodi inscriptionis sua ac parata intromissione tuitione evictione ligamentis in originali inscriptione contentis demittit. Omneque et integrum ius suum sibi ad praemissa serviens in personam eius plenarie transfert et transfundit intromissionemque illi exnunc realem cum pacifica possessione per ministerium et alios duos officio acceptandam dat et admittit. Personali sua recognitione in praemissis mediante.

Zaleski Eximit

Coram officio et actis praesentibus Castren. Capitan. Branscen. personaliter comparentes nobiles Nicolaus et Joannes olim Joannis Topczewskij sani mente et corpore existentes palam publice ac libere recognoverunt. Quia nobilis Hieronimus olim Pantaleonis Zaleski ex obligatione bonorum in haereditate Zalesie consistens per olim parentem suum nob. Joanni Dragowski inscriptam et per ipsum Dragowski nobili Jacobo Łukowski demissam tandem parenti suo cessam quatuor sexagenas polon. exemptam persolvit, ideo ipsum quietat emittit inscriptionem eiusmodi cassat et de bonis condescendit.

Pierzchala Sczurczyk Demissio

Coram officio et actis praesentibus Castren. Capitan. Branscen. personaliter comparentes nobiles Nicolaus et Joannes olim Joannis Topczewski sani mente et corpore existentes palam libereque recognoverunt. Quia nob. Joanni olim Alberti Pierschala Sczurczyk obligationem suam immobilem in bonis Zalesie sitam per olim nobilem Pantaleonem Zaleski nob. Jacobo Łukowskij in decem florenis polon. coram actis nostris feria secunda post festum Circumcisionis Christi Domini millesimo sexcentesimo septimo proxime transacto inscriptam tandem parenti suo cessam cum omnimoda potestate inscriptionis sua ac parata intromissione tuitione evictione ligamentis in originali inscriptione contentis demittit. Omneque et integrum ius suum sibi ad praemissa serviens in personam eius plenarie transferunt et transfundunt intromissionemque illi exnunc officio acceptandam dant et admittunt.

Eiusdem Donatio

Coram officio et actis praesentibus Castren. Capitan. Branscen. personaliter comparens nobilis Agnes olim Georgij Zabrokowskij consors nobilis Theophili Olszewski cum eodem marito suo tutore coniugali personali astitu et consensu spontaneo sana mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia nob. Joanni olim Alberti Sczurczyk Pierschala et eius posteris bonorum suorum immobilium in haereditate Pierschalskie consistens in loco dicto Odmianki totam et integram sortem suam quicquid ibi ipsam concernit a granicie Olszewska ad fluvium granicie Korzeniew[illegible]